Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

Annuntiatio B. M. V. Incarnatio. Domini. 25. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

Annuntiatio B. M. V Incarnatio. Domini, 25. Mart.

Fides.

Maria felicior fuit concipiendo Chriſtum fide, quam carne, Auguſt.

Deus qui de B. Mariæ V vtero verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcipere voluiſti, præſta ſupplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per Dom. n. Ieſ. Chr. &c.

Ora pro augmento pietatis, &

Cum gratioſus ille annus, quo Deus conſtituerat tollere peccatum mundi, aduenißet, Archang. Gabriel à Deo mißus ad V. Mariam, conſenſum eius in Incarnationem Dominicam in ipſa perficiendam requiſivit. Illa verò audita legatione, & cunctis prudentiſſimè expenſis, cum ſine læſione voti ſui & virginitatis id futurum intellexiſſet, confeſtim conſenſum pijsſimum expresſit, vnaque ſe ad omnia redemptionis humanæ obſequia Dno in ancillam Adiutoriumque fidele, ut altera mater viventium Primo homini obtulit. Quibus peractis in ipſa protinus peractum eſt ſæculorum omnium myſterium maximum, Incarnatio verbi, ſeu Filij Dei, qui caro factus exinde habitauit in nobis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN